



**Antoninus Diana Panormitanus, Clericus Regularis, Doctor
Celeberrimus, Coram S. D. N. Alexandro VII. Episcoporum
Examinator, & Sancti Officij Regni Siciliæ Consultor,
Coordinatus, Seu Omnes ...**

Diana, Antonino

Lugduni, M. DC. LXXX.

52. Quinam dicantur infantiae, & qui pubertati proximi? Ex quibus quæritur in matrimonialibus, quinam sunt proximi pubertati, ad hoc vt eis matrimonium concedi debeat? Ex p. 11. tr. 7. & Misc. 7. res. ...
-

[urn:nbn:de:hbz:466:1-76405](#)

exorem, & in leg. penali. s. 2. n. 3. vers. tercia opinio ff. foli. matr. quem sequuntur Iacobus Menochius lib. 2. arb. judic. quæst. cap. 2. 8. Iulius Clarus 1. 4. sent. §. do-
natio quæst. 10. vers. successu, Alciatus respon. 2. 4. sta-
tuit, vestes quotidianas quibus quotidie mulieres
vtuntur, donatas censerit; Vestes vero & iocalia, siue
ornamenta, quæ ad ornatum potius corporis compa-
rata sunt, quam ad corporis utilitatem, & que magni
sunt valoris, donata non presumi.

2. Scipio Gentilis in tract. de donat. inter virum &
exorem lib. 2. cap. 12. ait, circa propostam quæsti-
onem accuratè, tria tempora esse distinguenda; ante
nuptias, in nuptiis, post nuptias: ante nuptias, id est
cum sponsalis tantum contracta sunt, ut aliam re-
rum, sic & vestium licet donationem esse leg. 1. ff. de
donat. inter virum & exorem, eamque donationem
etiam presumi in ipmis nuptiis, cum scilicet marri-
monium perfectum est consenserit, & nuptias institu-
titutus pompa, puta deducito in mariti domum, vel
alia solemnia nuptiarum celebrantur, vestes a sposo
sponsa datae presumi donatae ait, easque ad exorem
pertinere, nec restituendas esse, d. l. penalt. ff. de don. in-
ter virum, & exorem, quia & consuetudo & humanitas
sive affectio sponsi erga sponsam faciunt, ut tales
vestes a viro donatae in pompa nuptiali ad exorem
pertineant, eidemque acquiuntur, nec marito cuius-
demne hæredibus restituiri debent.

3. Post nuptias consummatumque matrimoniū,
qua vestes dantur a viro mulieri in dominum
matrit iam collocata, si quotidiane, & ad vsum mul-
lieris necessarie fuerint, illæ statim efficiantur mu-
lieris, nec marito sint restituenda. Sin ad certi duni-
tax temporis vsum datae fuerint, & pretiosiores,
tum cas; ut potè a marito ornatiss tantum causa, & ho-
noris sui vxori comparatas, quo comptior, atque ho-
nestior esset, non tam donatae, quam commodato, aut
precario datae presumi; & idem non acquisiti vxori,
sed restituendas esse marito, aut eius hæredibus.

4. Sed Hulrico Hunnio in commen. ad Treule-
rum vol. 2. disp. 7. abf. 9. quæst. 4. 6. placet absque distinc-
tione ista temporum, solum circa vestes, utrum quo-
tidiana & necessaria atque viles sint, an preciosa, &
ad certum temporis vsum comparatae, distinguendū
videtur, ut illæ quidem donatae, ac per donationem
vxoris propria effectæ censeantur, ha vero non
item, quocumque etiam tempore fuerint mulieri da-
tae. Et ita etiam Menochius, Julius Clarus, Andreas
Alciatus, & cæteri ab hisce allegati statuant.

5. Pro hac vero distinctione facit in primis leg.
vtrum ff. de donat. inter vir. & exor. vbi ex modo & ex
genere impensa, non difficilem esse coniecturam,
Celsus scribit, Vtrum negotia vxoris gerens; an of-
ficio mariti ductus in rem eius impenderit vir. Si
enim magna impensa fuerit, nego videri cum gesellis-
se, si parua, donauisse.

6. Et quod vestes quotidianas intelligantur mari-
tus donasse, constitutam amplius lex annuo ff. de donat.
inter virum, & exorem, nam & ibi Vlpianus ex an-
nuo inquit, vel monstruo, quod maritus vxori præ-
stat, tunc quod superest, reuocabitur, si factis immo-
dicum est, id est supra vires dotis: distinguunt nimi-
xum iurisconsultus inter id quod modicum, quodque
immodicum uxori a marito præstitum est, ut
illud quidem donatum uxori censeatur, hoc vero
non item, sed marito sit restituendum.

7. Sed audiamus Theologos, quare itaque
Castrus Palatus tom. 5. disp. 1. punit. 15. §. 3. num. 8. cum
vestes & alia ornamenta pretiosa ante confummatio-
nem matrimonij data sponsa in ipso nuptiarum die
vel illi proximo censeantur sponsalitia largitas
proinde sponsa eorum medietatem per osculum ac-

quirat, & integrè per copulam, vel potius marito,
eiusve hæredibus, disoluto matrimonio sint restituenda.

8. Et affirmatiuè respondet, videlicet predictas
vestes, & ornamenta sponsalitiam largitatem esse,
eorumque medietatem lucrari sponsam per oscu-
lum, per copulam integrè.

9. Solum ab hac doctrina excipit Sanchez lib. 3.
disp. 23. num. 10. anulum, sponsæ datum in Ecclesia
tempore benedictionum, quia hic non voluntate
donandi, sed ex voluntate seruandi Ecclesia ritum
censendus est conferri. Ex his solum est oppositum
fundamentum; negamus namque sponsum dare eas
vestes, & munera ex præcipue intentione, ut obli-
gationi, quam statim subiuritus est alendi vxorem
satisfaciat: si enim id intenderet, debebat exprimere,
alioquin præsumit confuluisse animo significandi
suum amorem, & ut ipsa eo die nuptiatum hono-
rebetur.

10. Verum liber hic apponere verba Martini de
San Joseph in mon. confess. tom. 1. lib. 1. vi. Et 8. de matr.
2. 10. sic enim ait: [Los vestidos preciosos, o cotidiano-
nes y otras cualesquier cosas que embala la esposa
al esposo, o el esposo a la esposa, despues de los es-
poncales o despues del matrimonio de presente (com-
o no se ya consumado) pertenece a la que llama
el Derecho, sponsalitia largitas, y adquirere la midad
la esposa por el beso; y ambos esposos lo que reci-
bieron enteramente por la consumacion del matrimo-
nio, quando no costa que la voluntad del que lo
embio fue de donar.]

11. Aunque la muger no lleve dote, haze sus
las donas o visitas, enteramente por la copula quando
se consuma el matrimonio, o la midad de llas por el
beso.

12. Despues de recibidas las donas, si el matrimo-
nio no tuviere efecto por culpa del esposado la-
pidey, se queda con ellas la muger; verò si per cul-
pa della se dexò el matrimonio deue voluer las en-
tamente al desposado; però se el matrimonio se dexa
de hazer sin culpa de ambos por algun caso fortui-
to, o por auerse muerto el uno de los, se han de bol-
ver las donas al desposado, o a sus herederos; salvo si
el desposado huviere besado a la desposada, que por
el beso gana ella la midad de las dichas donas, y sola-
mente ha de bolver la otra midad.] Ita ille.

13. Verum est, quod aliqua ex superioris dictis
procedunt in Regno Castella, & ideo in hac mate-
ria standum potius consuetudinibus cuiuscunq; Pro-
uincia, & Regni: & quidem ego non existimo im-
probabilem sententiam Azenedi lib. 5. Recopil. tit. 2.
leg. 4. n. 27. & 32. Gutierrez præct. quæst. lib. 2. quæst. 19.
num. 1. Hunnij, & aliorum assertorium, quod supradicte
vestes, & ornamenta præsumi debent donatae,
& collata in tempus matrimonij, iuxta legem quod
sponsa C. de donat. ante nupt. Cum enim videat spon-
sus statim subiurum esse obligationem alendi spon-
sam, tradit illi vestes, & ornamenta, ut prædictæ
obligationi satisfaciat: & sponsa eo die nuptiarum
honoretur: ergo horum traditio sponsalitia largitas
censerit non potest, quia non est facta sponsa ve-
sponsa, sed potius sponsa ut vxori: si quidem non
est facta ex præcipue intentione, ut sponsa tempore
sponsalium ea munera deseruant, sed ut deseruant
tempore matrimonij.

Et idem, vt dixi, maximè attendenda est consue-
tudo locorum.

R E S O L . L I I .
Quinam dicantur infantia, & qui pubertas proximi?

Hb. E

Tractatus Sextus

362

Ei quibus queritur in matrimonialibus, quinam sunt proximi pubertati ad hoc, ut eis matrimonium concedi debat? Ex part. 11, tr. 7 & Misc. 1. Ref. 39.

§. 1. **Q**uestio haec deseruit pro resolutione plurorum casuum. Hulcius Hunnius de part. cap. 3, quesit. 4. putat, infantes dici impuberes usque ad annum septimum completum l. 18. pr. C. de iure delib. lib. 1. §. 2 ff. de adm. sui. vbi illi, qui fari possunt, dicuntur minores septem annis. Reliquos vero impubescens annos in duas aequales partes lecandas, quantum prima dicatur infantia, ab initio anni octauo usque ad annum decimum cum dimidio completum: Ab hoc vero usque ad annum decimum quartum completum dicatur proximus pubertati: Femina vero infantia proxima dicatur a septimo anno completo ad annum nonum cum dimidio completum: ab eoque anno duodecimum proxima pubertati: Nam post infantiam usque ad pubertatem sunt in maleficio septem anni, & in feminis quinque, quare ex quo excessit quis dimidiata huius temporis partem magis pubertati, quam infantia proximus dici debet.

2. Accedit huic, quod experientia testatur masculus, postquam annum decimum, & sex menses, femina vero novem cum semestri compleuerint, regulariter, atque communiter incipere ea etate habere aliquem intellectum eorum, qua agunt, proinde ab ea etate merito proximi pubertati dicentur. Cum illi, qui, quod agunt, intelligent, proximi pubertati in iure dicantur d. §. 18. de oblig. que ex delicto nasc. Hae Hunnius.

3. Aliqui vero hoc omne iudicis arbitrio relinquent; Probatur, quia a iudicis arbitrio pendere debet, quod in iure nostro determinatum, ac definitum non est. l. 1. in fine ff. de fun. delib. cap. vlt. extr. de translat. Nullibi autem in iure definitum, ac determinatum reperiatur, quinam sit pubertati proximus, & qui proximus infantia, proinde istud arbitrio, & discretioni iudicis relinqui debeat.

4. Verum ego puto, suam habere probabilitatem sententiam illorum, qui statuant illos esse pubertati proximos, qui ad plenam pubertatem sex menses adhuc distant.

5. Probatur primò quod in l. non tantum 17. ff. de excusat. tutor. etas illa dicatur propè pubertatem esse, cui ad pubertatem tantum semestre tempus reliquum fuerit.

6. Secundò, quod idem etiam confirmet l. excipiuntur ff. ad Sylanian, vbi proponitur Trebatium Germanum legatum, supplicium sumi in illis de eo impubere qui a pubertate non multum absuerit. Atque de proximo dumtaxat pubertati sumi supplicium potest, §. in summaff. de obl. qua ex del. Et. na. Et non multum a pubertate absente dicitur Is, cui ad puberatem adhuc semestre deest. Igitur pubertati proximus dicendum videtur, cui sex menses adhuc ad puberem etatem absunt.

7. Tertiò, cum dicto propè, item proximè ad semestre tempus ab ipso Iustiniano referantur in l. properandum §. & si quidem C. de ind. d. l. non tantum 17. ff. de excusat. tut. sequuntur inde quod proximus pubertati sit, cui defluit sex menses, sive semestre.

8. Quartò in c. continetur 6. extra de dispens. impub. puella dicitur pubertati proxima, que in anno undecimo, vel circa annum duodecimum est constituta, hoc est, cui sex menses adhuc ad puberatem defluit.

9. Sed Hunnius pressus hoc argumento sic ait, In matrimonialibus, queritur, quinam proximus sit pubertati, ad hoc ut matrimonium ei concedi de-

beat, rectè dici proximam illam esse puberem, que sit in undecimo anno, vel circa duodecim, quia unde vt plurimum solet malitia supplice etatem, ac inde adductum est. continetur extra terminos, in quibus loquitur non extendendam existimat. Praeterea si rectè consideretur, probat hanc opinionem, quod nempe proximus tantum ille sit puberem, cui deest semestre. Undecimus enim annus, cuius meminit d. cap. continetur, de anno undecimo ocepto, non de penè perfecto intelligi debet; & quia si verbis illis, que subsequuntur (vel circa duodecimum) intelligenda sunt de senectuti, ut volunt discentes sive (in undecimo) solum ccepto, & non dimidio, ita Hunnius, cui adharet (quod valde notaquam est.) Gaspar Hurtadus de marim, diff. 22. diff. 11. 8. 46. vbi sustinet in d. cap. continetur, puberem proximum eum dici, cui non deficit plurquam tempore annus.

10. Verum, ut dixi, communiter docent doctores, quod pubertati proximus dicatur qui iatulum per sex menses ab etate 14. annorum completorum distat, & ita tenuit Rota, & aliquis addocet, sequitur nouissime Episcopus Moratus in suorum sionibus part. 5. ref. 14. n. 7. confirmans ipsius dicta ex doctrina Bartoli in §. si vero pma. And. de Monach. vbi docet, quod testis dicit, quod Tuus polledit per viginti annos, quod testis probat de cem, & nouem annis cum dimidio, ut dicto proprie intelligatur per sex menses.

11. Et ita etiam ex aliis obseruat Cencius, sig. 8. 1. num. 7. & Barbosa diff. 291. num. 2. Vnde ex his clapsis diebus ego consulfi legarum relationem cedam, quando esset propè 16. annos, ponens illud consequi in anno 15. cum dimidio.

RESOL. LIII.

An quod dictum est de sponsalibus, dicendum sed matrimonio, sive delicei, ut sit validum, si sit contra contrahentes, presentibus & tacentibus suis? Et an sit validum, matrimonium, quando nulla tecum & nullus pro eare spondet, vel opus si, si respondet pater, vel mater, aut tuor? Et quid in tali causa, si extranei repremitur? Exp. tract. 4. Ref. 271. alias 272.

§. 1. Affirmatiuam sententiam tenent comm. in d. cap. 2. n. 1. de deff. impuber. in 6. dummodo tale matrimonium sit contractum cum Patochio & testibus.

2. Tamen in gratiam studiosorum non reticendo hic adnotare ea, que adducit Basilius Ponticus de matrim. lib. 2. cap. 14. num. 3. vbi sic ait. An dispositio Bonifacij locum etiam habeat in matrimonio, questionem habet, video communem esse Doctorum sententiam in illis locum habere, nonnullis exceptis. At nisi me tot Doctorum auctoritas detinatur, plane cum his paucis sentire, nempe hanc Bonifacij constitutionem non habere locum in matrimonio, sed tantum in sponsalibus de futuro; inducibus dubibus fundamentis. Primum est ex verbis ipsius constitutionis, si enim in eius planis agiis de sponsalibus de futuro, cur ad matrimonium extendimus? Agere autem Pontificem de sponsalibus de futuro, plane constat ex omnibus, qua in ea confirmatione continentur, nam in §. 1. planum est cum pat. Innocentij III. constitutionem cap. fin. de deff. impuber. inter septennies non matrimonio, sed sponsalibus.

ANTON
Operat
Tom. I
E III